

tum. Nimirum ergo huc pertinent non tantum modi acquirendi domini aut juris alicujus in rem dominio proximi, modi acquirendi res singulas aut per universitatem, sed etiam modi contrahendarum & acquirendarum obligationum, & contra etiam horum omnium admittendorum aut infirmatorum ac distraren-

dorum rationes; agiturque de hoc jure lib. 2. §. 3. & parte 4. usque ad tit. de actionib. Obtinendi utriusque juris ratio est in actionibus hoc est juris nostri persecutionibus, sive id fiat in judicio sive extra judicium auctoritate magistratus; quod argumentum ultimo tractatur loco.

TITULUS III.
DE JURE PERSONARUM.

Tit. 5. Lib. 1. Dig. Tit. 21. Part. 4.

Continuatio. Qui hic persona quid status & jus personæ.

In calce præcedentis tit. proposita fuit series & dispositio summarum partium que demps hoc libro & sequentibus singularem tractantur. Initium fit à personis, quarum causa cetera constituta sunt. In 7. (Pandecti) titulus ejusdem plane argumenti inscribitur de status hominum. Unde intelligimus personam hic non qualitatem civis sed hominis designare, aut potius hominem simpliciter; eamque appellationem tam servo competere quam homini libero, sicut & in jure passim etiam servo tribuitur, l. 3. pr. ne quis eum qui in juri voc. l. potestatis 215. de verb. signif. l. 2. de reg. jur. Item jus personæ hic esse quod statum & conditionem personæ sequitur: nam status ipse est personæ conditio aut qualitas, que efficit ut hoc vel illo jure utatur, ut esse liberum esse servum, esse ingenium esse libertinum, esse alieni esse sui juris. Itaque status rationem cause, & jus effecti habet. Vinn. Jure veteri discrimen erat inter hominem & personam. Homo dicitur cuiusque contingit in corpore humano mens humana; & sic sola monstra negantur esse homines, l. 14. ff. de stat. hom. ast persona est homo statu quodam veluti indutus. Status vel naturalis esse vel civilis. Quoad naturalem servus persona dicebatur (uti in legibus ab auctore allegatis & princ. h. t.) non quoad civilem. Quia enim nec libertatis nec civitatis nec familie particeps erat servus, hinc res mancipii, Ulp. fragm. tit. 29. §. 1. impertinentis (imperionalis, ut ita dicamus) Harmenop. lib. 7. tit. 6. immo nullus, l. 32. ff. de R. J. sine capite §. 4. Instit. de cap. dem. denique mortuus l. 209. ff. de R. J. habebatur. Hæin.

TEXTUS.

Prima divisio personarum.

Summa itaque divisio de jure personarum hæc est, quod omnes homines aut liberi sunt aut servi.

L. 1. Tit. 4. Part. 4.

COMMENTARIUS.

- 1 Adscriptitii cujus conditionis habendi? & num. 3.
- 2 Servi diverso respectu ad primum & secundum juris obiectum pertinent.

Summa] Id est prima & principalis, vel etiam generalissima, nam reliquæ sunt secundariæ aut speciales. De agricolis & adscriptitiis quæri solet quibus comparandi? Et quod in re non dissimili responderet Ulp. l. 10. hoc tit. etiam hic responderi potest, ejus conditionis æstimandos esse quæ in eis prævalet. Non enim una agricolarum colonis additorum conditio fuit. Quidam eorum censiti erant quidam non censiti, hi coloni illi fere adscriptitii dicebantur. Adscriptitii quasi servi erant peculium eorum ad dominum pertinebat, coloni liberi ut coloni Palestini Thracenses Illyricani, de quibus proprii tit. lib. 11. C. Adscriptitii tributarii erant id est capitis censum sive capitationem præstabant, coloni non erant tributarii reditus tamen certos pro solo domino terre solvebant. Consule Cujac. ad tit. C. de agric. & cens. Gregor. Tholos. 14. synt. 10. & omnino Christin. vol. 5. desc. 86. §. 424.

Ser-

TEXTUS.

Definitio libertatis.

1. Et libertas quidem (ex qua etiam liberi vocantur) est naturalis facultas ejus quod cuique facere liber, nisi quid vi aut jure prohibetur.

L. 1. Tit. 22. Part. 4.

COMMENTARIUS.

EX qua etiam liberi] Non ex vocabulo sed ex re ipsa que vocabulo designatur. Effectum à causa, concretum ab abstracto. Auctor hujus definitionis est Florent. in l. 4. hoc tit.

Cuique facere liber] Differentia ab effectu sumta. Effectus libertatis est facere quod libet; est enim potestas vivendi ut velis, teste Cicerone in Paradoxi §. 1. off. c. 21. n. 3. A Zenone apud Laërt. breviter definitur εὐνομία ἀποπραγίας potestas pro arbitrio suo agendi. Ceterum quia hæc potestas partim vi impeditur potest partim legibus circumscripta est, additur exceptio nisi quid vi aut jure &c. qua exceptione significatur duabus rebus quominus faciamus quod libet non impediri vi & jure, neque tamen eo minus liberos esse. Finge igitur nos usum rerum nostrarum vi prohiberi, finge vinciri: facultatem faciendi hæc impeditur libertatem non imminuit. Quod inter magna Christianæ Religionis beneficia referendum; cum apud gentes Asiæ & Lybiæ adhuc permaneat. Marius autem majorem Hispaniarum partem occupantibus frequentissima apud majores nostros servitus erat, ut mirum non sit legibus de servis nostras Compilationes scaterie; que leges licet non adeo frequentem habeant usum, non tamen exoleverunt ut falso sibi persuasit Auctor Institutionum Juris Castellæ. Illud Barbarorum moribus inductum fuerat per totam ferme Europam ut essent homines servilis conditionis adscriptis & censitis non admodum absimiles, solariegos à majoribus nostris appellati, l. 3. tit. 25. Part. 4. In Hispania omnino exoleverunt.

De servitute precaria lege regia caurum non licere servis domino valedicere nisi dies conventus fuerit transactus, l. 8. tit. 4. lib. 4. fer. legg. ADDIT.

Tom. I.

E

sium

sium secutus reprehendatur. Vetus enim & proba est uti ostendit Maran. in *Paratit.* ad tit. ff. de stat. hom. HEIN.

TEXTUS.
Definitio servitutis.

2. Servitus autem est constitutio juris gentium qua quis dominio alieno contra naturam subicitur.

L. I. tit. 21. Part. 4.
COMMENTARIUS.

Constitutio juris gentium] Causa pro effectu, res jure gentium constituta non ordinatio aut pars constituens. Tropus in hujusmodi verbalibus non inusitatus, sic enim & thesaurus dicitur depositio pecuniae, *l. nungquam 31. §. 1. de acq. rer. dom.* pro pecunia deposita. Apud Laetium à Zenone definitur servitus, *ἡ ἐπιπένη ἀνεπιπένησις* (privatio potentatis pro arbitrio agendi).

Contra naturam] Hoc est contra communem illam omnium hominum conditionem quam ab initio habuerunt à natura. Nam servi naturà, id est citra factum humanum aut princeps natura statu nulli sunt, *leg. 4. de just. & jur. l. quod attinet 32. de reg. jur.* quamquam justitiæ naturali non repugnat ex pactione aut delicto servum fieri. Quod vero Aristoteles *lib. 1. pol. cap. 3. & 4.* scribit servos quosdam nasci & naturà esse, eo nihil aliud significat quam quosdam, nempe ingenio tardos ac stupidos corpore autem robustos, in hunc finem à natura productos videri ut aliis qui ingenio & ratione valent serviant, subiectione scilicet oeconomica ad ministeria domestica explicanda. Qua de re copiose & acute disserit cl. h. Heinsius in *epist. ad Georg. Richternum.*

TEXTUS.
Servi & mancipii etymologia.

3. Servi autem ex eo appellati sunt, quod Imperatores captivos vendere ac per hoc servare nec occidere solent 3 qui etiam mancipia dicitur sunt eo quod ab hostibus manu capiuntur.

L. 1. Tit. 21. Part. 4.

COMMENTARIUS.

1. Captos jure belli quovis tempore occidi posse,

LIB. I. TIT. III.

non tamen talia interna justitia.

2. Signosus & Bachovius notati.

3. Jura de captivis à gentibus introducuntur in captivos libentius obtinerent à summo jure quo captus interficere poterant.

4. Captivitatis jura in bello cum Mahumetanis ad hoc servari inter Christianos antem non esse ut captos licet redimere.

5. In his regionibus servos adeo nullos agnovit, ut etiam illi qui aliunde huc cum dominis venient liberi fiant.

Ex eo appellati] Eadem ratio nominis redidit à Florent. *l. 4. §. 2. hoc tit. Pomp. l. pupillus 239. §. 1. de verb. sign.* August. *19. de civ. Dei 15.* Notat hinc Alciat. in *d. l. 239. de verb. sign.* cumque secuti Myus. & Schneid. hic non licere hostem postquam captus est seque dedit occidere, sed tantum arma adhuc tenentem neque se volentem dedere in deditioem autem scire nefas esse, neque id bellotium autem scire nefas esse, quævis Imperatores unquam permisisset; quævis plerique statuunt, etiam postquam captus est, seque dedit hostem jure occidi posse donec intra p. æsidia nostra deductus sit, quia alioqui multa adhuc accidere possunt ut iterum evadat, *arg. l. in laqueum 55. de acquir. rer. dom.*

1. Accuratius autem hac de re disputat D. Grot. *lib. 3. de jur. bell. c. 4.* ubi multis adductis auctoritatibus ostendit jure belli licere captos occidere, & quovis tempore licere, & eos qui se dedere volunt nec recipiunt, immo & deditos sine ulla conditione. Cum autem Scriptores dicunt id belli jure licitum esse non intelligunt tale jus quod actum omni culpa liberet sed facti impunitatem; nimirum ut si forte qui supplicem aut se ultro dederent interfecerit in alio territorio deprehendatur tamquam homicida puniri non possit, nec bellum ipsi ab alio talis facti nomine inferri. Ceterum etsi impune id fiat, laudabile tamen naturà non esse, actumque hujusmodi carere interna justitiâ; quoniam excedit modum ludenti naturaliter concessum, ideoque nec in foro animæ excusatum esse. Hinc Augustinum merito laudare Gothos quod supplicibus & in templa perfugientibus peperissent, illicitum sibi esse judicantes quod belli jure fieri licuisset. *lib. 1. de civit. Dei cap. 2.* De illo inter omnes convenit, eos qui vitam salvam pacti sive in fidem recipiunt nec exteriori jure trucidari licere. Porro de temperamento circa jus interficiendi in bello captos ad eund. Grot. *d. lib. 3. cap. 11. & 14.* nonnulla etiam habet D.

Tulden. *comm. ad instit. tit. de his qui sui vel alien. jur. c. 3.*

2. Imperatores] Non intelligit Principes Romanos sed *ἡγεμόνας belli* duces τῶν πικταίων ἡγεμόνας, ut recte vertit Theoph. Quod hic ab Sigonio notat Bachovius Imperatores dictos ab imperio militari hoc est jure belli gerendi, verum quidem est; ceterum quod ex eodem Sigonio adject. hoc imperium militare magistratum seorsum lege Curia dari solitum, falsum est. Nam lex curiata omnibus omnium annorum patricis magistratus necessaria erat, non ad aliquod adventitium rei militaris imperium obtinendum sed ad confirmationem sui magistratus, ut religio auspiciorum quæ proprie & præcipue in curiarum suffragiis inerat retineretur; quod vel ex una *orât. 2. in Rull. intelligi potest.* Vid. Guich. *lib. 3. de comit. & in refut. post disp. Car. Sigon.* ubi multis testimoniis ex Antiquitate petit ostendit, consules & prætores potestatem adjuvandi rei militaris jure sui magistratus habuisse. VINN. Ita Vinnius noster Gruchium sequitur, secundum quem contra Sigonium à frequente eruditorum Senatu datum est. Legi de hac Sigonii & Gruchii lite meretur V. C. Grav. *prefat. Thesauri Antiq. Rom. tom. 1. HEIN.*

3. Vendere ac per hoc servare solent.] Non quod hoc facere quasi ex passione captos cogenerent, sed quia hoc suadebant commoda quæ captivos servatæm gentem item jure sequebantur, nempe *ἡ τῶν κτήνη τῶν ἀγέων* (propter spem venditionis) ut est in *Basilic. quod pertinet illud Horatii lib. 1. epist. 16.*

Vendere cum possit captivum occidere noli. Ceterum ut ait Seneca in *Tracid. v. 333.*

Lex nulla capto parcat aut peccatum impedit. Et centurio Casatianus Scipionem alloquens apud Hirtium de *b. Afric. Tibi*, inquit *c. 45. gratias ago quod mihi vitam incolumitatemque belli jure capto polliceris.* Similiter Caesar Hirtius significat suo beneficio servatos quos jure belli interficere potuissent, *lib. 7. comm. c. 41.* Plura ejusmodi reperit apud D. Grot. *d. lib. 1. c. 4.* Vide tamen eundem *d. lib. 3. c. 11. & 14.* ubi docet quid hic victori liceat secundum justitiam internam. Non frustra autem jura hæc in captivos servatos à gentibus introducta exemplo bellorum civilium intelligi potest; in quibus plerumque videmus captos interfectos qui in servitutem redigi non poterant, *l. 11. qui 21. §. 1. de capt. & postlim. quod & Plutarchus notavit in vita Orbon. & Tacitus lib. 2. hist. cap. 44.*

DE JURE PERSONARUM.

dicendum erit hoc nomen ad res ceteras translatum esse. Nam mancipium teste Isidoro 8. *Orig. 4.* veteribus dicebatur quidquid manu capi subdique potest, ut homo ejusque, adeo, quæ omne quod per æs & librum nostrum flect in quo erant res mancipi, teste Varrone *in fin. lib. 6. ling.* Postea receptum ut & prædialiter res mancipi referrentur. Ulp. *tit. 19. VINN.* Mancipari veteri jure rerum mobilium non plus poterat quam manu capi posset. Ulpian. *fragm. tit. 14. §. 6.* Reverta ergo & mancipium & res mancipi & mancipio nomen inde acceptum, quod dominium adquiretur earum rerum quæ manu capiuntur. HEIN.

4. In Lusitania aliisque Hispanie partibus, & nonnullis aliis regionibus quæ Tauris aut Scythis vicinæ sunt, vetera captivitas & belli jura adæm Mahumetistas adhuc exercentur qui eadem acerrime & Christianos trahunt quos bello captiunt. Ac mos est captos servos permanere etiam religionem Mahumetis ejuraverit, eo quod servum esse non adverterit legi divini *1. ad Corin. 7. v. 21. Deuter. cap. 5. v. 14. Exod. c. 21. v. 2. & reg. Lev. c. 25. v. 46.* ubi de formis servitutis apud Hebraeos, add. Bodin. *1. de republ. c. 5. Couan. 3. comm. 1. circa ff.* Inter Christianos autem jus istud gentium de captivis non observatur, apud quos licet res aliæ ex hostibus capte captivitas acquiruntur, homines tamen capti servi captivum non fiunt, nec vendi possunt aut ad operas urgeri aliæviæ paranda quæ servorum sunt. Quippe Christianos lex caritatis rectius insisterere debuit quam ut à miseris hominibus interficiendi abduci nequirent nisi minoris sævitie concessione. Atque hoc à majoribus ad posteroridem transiisse scripsit Gregoras, nec eorum fuisse proprium qui sub Romano imperio viverent sed commune cum Thessalis Illyris Triballis & Bulgaris. Et quod hæc in parte Christiani, idem & Mahumetistæ inter se servant. Mansit tamen etiam inter Christianos non captos custodiendi donec pretio redimantur, cujus æstimatio in arbitrio victoris est nisi certi aliquid conveniret; nam pactum semel pro redemptione pretium victor augere non potest, Guid. Pap. *quest. 113.* Humanitas enim docet non ultra intendi debere quam deductum ne egeant captos rebis necessariis. Quandoque pagis hoc definitur ut nunc inter milites menstruo stipendio. Jus autem captos servandi solent concedi singulis qui cæperant extra personas eximie dignitatis in hæc enim Reipub. aut ejus capiti jus dant plerumque gentium mores, testib. Barr. & Bald.

Bald. in l. nam. & Servius 21. de neg. gest. Boer. decis. 178. Grot. lib. 2. de jur. bell. c. 7. num. 9.

5. Porro in hisce regionibus servos plene nullos habemus aut agnoscimus, adeo ut iudicatum sit à summo consilio quod est Mechlinia, etiam eos servos qui in Hispania emti cum dominis suis in has partes veniunt in libertatem proclamari posse liberosque fieri sive libertatem iis quamdiu hic sunt jurisdictione defendi. In Gallia quoque servos, licet peregrinorum, ut primum regni finis penetraverint eodem momento liberos fieri, exempla rerum iudicatarum ostendunt. VINN. Saturni temporibus, inquit Plutarchus in vita Numæ, neque dominus erat neque servus. Religio Christiana Saturni tempora revocavit. ADDIT. Itaque in Belgio & Gallia servi ipso jure liberi sunt eo adventantes. Ast in Germania non solum dominis conceditur ut possint homines proprios vindicare etsi eo profugerint ubi illa servitus non sit recepta (vid. Dan. Mevi consil. jurid. de statu & vindicac. bonium propr.) verum etiam quibusdam locis ipso jure sunt servi quicumque peregrini eo adveniunt commorandi & habitandi causa, veluti in Algovia ubi ideo saepe auditur patetia: Die Lustt machte eigen, id est ipse aer homines proprios facit. HERT. de bonim. propr. sect. 3. §. 3. Tale et olim fuit jus Wildfangium in Palatinatu Electorali & provinciis vicinis, de quo Londorp. Añ. publi. continuat. lib. 10. p. 126. HEIN.

TEXTUS.

Quibus modis servi constituuntur.

4. Servi autem aut nascuntur aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nostris, fiunt aut jure gentium id est ex captivitate, aut jure civili cum liber homo major viginti annis ad pretium participandum esse vendidit passus est.

L. 1. Tit. 21. Part. 4.

NOTA.

4. Nascuntur ex ancillis] Ex Martiano, lege 5. §. 1. b. t. Hi venie prudentibus dicuntur de quo nomine vid. Fest. & Nonium. Eodem autem jure ex ancillis nati servi sunt quo nata cedunt solo; mater enim solo comparatur, vis patris sato, Cujac. in Instit. cap. 3. gloz n. 5.

COMMENTARIUS.

- 1 Cur ad natos ex servo ventre domicilium perrectum.
- 2 Quibus modis jure civili servi fiant.
- 3 Si quis spontanea subjectione se in servitutem det.

1 **E**X ancillis nostris] Non ipsi tantum qui capiuntur servi fiunt sed & posterius in perpetuum; nempe qui ex matre serva nascuntur. Et hoc est quod Martiano dicitur jure gentium servos nostros fieri qui ex ancillis nostris nascuntur l. 5. §. 1. hoc tit. Placuit autem ad natos dominum ideo porrigi quia alioqui si summo jure captores uterentur illi ipsi nascituri non erant. Cui consequens est ut nati ante calamitatem nisi & ipsi capiuntur servi non fiant. Ideo autem natos maternæ esse conditionis gentibus placuit, quia serviles concubitus nec lege nec certa custodia erant constituti, ita ut nulla sufficiens præsumptio patrem indicaret. Atque ita capiendum Ulpiani illud: *lex natura hac est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio matrem sequatur, l. lex natura 24. hoc tit.* id est, lex consuetudinis generalis ab aliqua ratione naturali dicta, quo modo juris naturalis vox abusive quadam interdum sumitur. VINN. Sed proprius servitutem venarum deduxeris è jure accessionis. Servi ex personis fiant res mancipii, vid. *supr. ad rubr.* Cujus est res ejus & accessio. Et quidem partus sequebatur ventrem uti in foetura animalium. HEIN.

2 **Jure civili**] Etsi servitus est ex jure gentium, sunt tamen nonnulli modi servitutis constituendæ ex jure civili. Unus h'c exprimitur sed plures fuisse constat; huc enim pertinent qui servi pœnæ efficiebantur atrocitate sententiæ quorum crebra in libris nostris mentio. Item qui liberi ob ingratiudinem damnati patrono in servitutem traduntur, §. 1. *inf. de cap. dem.* haud secus ac ingrati liberi revocantur in potestatem parentum, l. *ur. G. de ingrati. lib.* Erat ex Senatusconsulto Claudiano alius libertatis amittendæ modus si libera mulier domino denunciante se servo alieno junxisset, de quo *inf. lib. 3. tit. 15. VINN.* Sed lege regia è converso servus liber fit. l. 5. *tit. 22. Part. 4.* ADDIT. Ulp. in *fragm. tit. 11.* ubi è alium modum indicat, cum incensus aliqui venisset, quod explicat Cicero *pro Cæcin.* in extremo orationis. Dionys. Halic. *lib. 4.* Sigon. *lib. 1. de antiq. jur. civ. Rom. c. 14.* Denique etiam

in nexos magna fuit creditorum potestas nec herili admodum absumilis. Ad l. *lib. 2. §. 8. Gell. lib. 20. c. 1. Mercer. 1. opin. 9. D. Salmas. lib. de mod. ur. c. 18. §. 1. reg.* Cur igitur servi jure civili dicuntur incogniti? Nimirum quia in his que sunt juris civilis pro nullis habentur, nullam eorum communionem habent.

3 **Pretii homo**] Ingenuus scilicet & sui juris ut recte monet Cujac. Neque enim patroni aut patris vis hoc pacto libertus aut filius intervertere possunt, quod & Ang. & Fab. hic notant.

Pretii participandi causa] Modo & partem pretii veve acceperit, l. 1. *quib. ad lib. procl. non sic.* & gnarus conditionis suæ, l. 2. *si ing. esse dicit.* venditus sit ignoranti conditionem venditi, l. 7. §. 2. *de lib. causi.* Vid. *glor. & Accus.*

Vendidit partus sui] Venditorem subornabant hominem improbum & has partes fabulæ luci alieque gratia peragentem. Simulabatur se suum servum vendere. VINN. Licet omnes fere hi constituendæ servitutis modi in Partiarum legibus descripti sint, abhorrent tamen à moribus nostris. In debitoribus obroratos leges 4. §. *reg. lib. 5. tit. 16. Recop.* creditoribus tribunt potestatem dominica non absumilem; sed nostri sæculi humanitas hisce legibus non utitur. ADDIT.

1. Apud nonnullos usitata fuit voluntaria in servitutem datio, ut apud Germanos qui novissimo alee jactu de servitute contrediebant, *vultus voluntariam servitutem adibat* ait Tacitus *de morib. Germ. c. 44.* Possidonium autem Stoicus in historiis narrat, multos olim fuisse qui suæ imbecillitatis consilii sponte se aliis in servitutem darent, ut domiti quidem ipsis providenter de necessariis, ipsi vero operam vicissim quam possent præstarent. Que res si ita accipatur in certis naturalibus nihil habet in se eximie acerbicatis, quoniam perpetua ita obligatio compensatur perpetua alimentorum certitudine, quam sæpe non habent qui diuturnas operas locant; unde sæpe accidit quod dixit Eubulus:

Εὐβουλος δὲ τὸν περὶ τῆς παρ' αὐτοῦ καταλύσειν ἔπειθ' ἐτίθει.

(*volebat sine mercede apud ipsos remanere pro vultu.*)

Quæritur autem hic DD. possit ne quis apud nos perpetuo se obligare ad servitutum aut operas suas locare, quæ servitutis quadam species videtur, nos autem servos non agnoscimus. Respondent omnes posse, sed cum facti hæc promissio sit solvendo id quod in-

terest promissorem liberari, l. 15. §. 1. *de re jud.* Adi de tota re D. Grot. *lib. 2. de jur. bell. c. 5.*

TEXTUS.

Delibertinorum & servorum divisione.

5. In servorum conditione nulla est differentia, in liberis autem multa; aut enim sunt ingenui aut libertini.

L. 2. tit. 21. Part. 4. item Princ. tit. 23. Part. 4.

COMMENTARIUS.

1 **Libervorum nullum amplius discrimen esse.**

Nulla differentia] Servorum una conditio est, l. 5. in *pr. hoc tit. u. dicitur in libro 1. c. 1. (servorum unum genus est.)* Mich. Attraliata, id est, omnes aequè servi sunt nihilque interest utrum quis natus an factus sit servus. Plane opere & ministeriis civam servi inter se differunt, alii enim honestior ut atriensibus honestatoribus amanuensis, alii minus dispensata provincia mandatur ut mediastinis focariis fornacatoribus, l. 15. §. *itaque prætor 24. de injur. l. 1. §. capones 5. natu cap. stat.* sed hoc cum totum sit arbitrii herilis conditionem eorum non mutat. De variis servorum ministeriis & officiis scripsit Petr. Fabr. *semestr. pag. 155. VINN.* Et ex insituito Laur. Pignovius de *servis eorumque apud veteres ministeriis*, & Tit. Popma *de operis servorum.* HEIN.

In liberis multa.] Nam primum interest utrum quis natus an factus sit liber, hoc est, utrum quis ingenuus sit an libertinus; deinde utrum qui liber factus est civis Romanus an Latinius Junianus aut deditivus; & porro qui civis Romanus suæ juris sit an alieno juri subiectus; denique qui sui juris est sitne in tutela vel curatore an neutro eorum teneatur. Que summa est eorum quæ deinceps hoc primo libro tractantur.

1. Prima autem & secunda distinctio vix ullum amplius usum habet; nam cum libertiorum differentia à Justiniano sublata sit & novissimo jure liberti etiam ingenuis per omnia (salvo licet jure patronatus) exæquati, Nov. 78. c. 1. §. 2. nullum hodie superesse videtur ne inter liberos duodecim discrimen utique respectu conditionis liberæ, nam quoad civitatis & familiar jura adhuc differunt; & sic

sic temperandum existimo quod scribit D. Bachovius ad hunc locum, hodie de liberis recte dici videri nullam in eorum conditione & statu differentiam esse. VINN. Liberos apud nos dici etiam potest nullatenus conditione differre nisi quod gente aut loco in Nobiles & Plebejos dividuntur. Majores nostri nobiles Hidalgo appellabant, quasi dicerent *locupletum* sive eorum quibus amplum patrimonium aut res inerat filios; Hispana enim. voce *algo* bona seu res significatur. l. 2. tit. 2. l. Part. 2. Alii *Idali-*

gi sine aspiratione quasi *Italico*, seu *Itali* juris homines dictos existimant. De Hispanorum nobilitate ad eundem Orolaia & Joannes Garcia qui justis voluminibus hanc spatam illustrant. Sacratissima Religio cum homines à sæculi curis liberos ad Dei cultum destinaret, aliam innoxivè liberorum hominum divisionem; hi enim quasi in sortem divinam adscici Clerici dicuntur, ceteri laici sunt. De illis consulendi juris Ecclesiastici scriptores & Part. 1. ADDIT.

TITULUS IV.

DE INGENUIS.

Dig. Tit. 14. Cod. Lib. 7. Tit. 23. Part. 4.

Sequitur subdivisionis supra posita per definitionem partium explicatio, & primo ingenuorum hoc tit.

TEXTUS.

De ingenui definitione.

Ingenuus est is qui statim ut natus est liber est, sive ex duobus ingenui matrimonio editus est, sive ex libertini duobus, sive ex altero libertino & altero ingenuo. Sed & si quis ex matre nascitur libera patre vero servo ingenuus nubilominus nascitur, quemadmodum qui ex matre libera & incerto patre natus est, quoniam vulgo conceptus est. Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore quo nascitur licet ancilla conceperit; & è contrario si libera conceperit deinde ancilla facta pariat placuit eum qui nascitur liberum nasci, quia non debet calamitas matris ei nocere qui in ventre est. Ex his illud questum est si ancilla pregnantis manumissa sit deinde ancilla postea facta pepererit liberum an servum pariat? Et Marianus probat liberum nasci; sufficit enim ei qui in utero est liberam matrem vel medio tempore habuisse ut liber nascatur, quod & verum est.

L. 2. tit. 21. Part. 4.

COMMENTARIUS.

Ingenuus est is; Prima semper questio esse debet de verbis licet de rebus potior sit, auctore Platone in *Cratylis*; & Quintilianus in *proem. lib. 8.* curam verborum, verum vult esse sollicitudinem. Antiqui ingenuos patriis

opponebant & patricios initio appellabant eo quod patrem eire possent, ut constat ex oratione P. Decii Muris apud Liv. lib. 10. c. 8. & confirmat Cincius apud Festum in voce *Patricius*. Ceterum etiam eos qui libere nati essent jam olim ingenuos appellatos fuisse, distinctos ab iis qui facti erant liberi, ostendit locus Plauti in *Milit. act. 4. sc. 1. v. 15.*

Quid? ea ingenua, an festuca facta è serva libera est?

Et quod responderet Paestinus:

Vah, egone ut ad te ab libertina esse auderem internunciari,

Qui ingenuis satis respondere nequeat cupidus tui?

Eodemque sensu in *Pænono act. 5. sc. 6. v. 8.* Adelpesium non semel ingenua dicitur. Atque hic hujus vocis apud Latinos usus est etiam in aliis rebus quæ à natura sunt & facticis opponuntur. Sic enim Lucretius *ingenuas* fontes Juvenalis ingenuum topum appellat. Verba Juvenalis *satyra 3. v. 18.* sunt.

Quanto præstantius erit Numen aquæ, viridis si margine claudere vndas

Herba, nec ingenuum violarent marmoræ topum?

Quo loco topum nativum diserte ingenuum vocat; nec ulla est translatio contra quam existimat Britannicus. Ingenuus igitur proprie est qui nativam habet libertatem. VINN. At neque ex Livii neque ex Festi loco adparer ingenuos olim oppositos fuisse patriis. Cincius apud Festum tantum observat patricios olim d'ctos etiam ingenuos, fortassis quia genus suum ab urbis primordiis recensere poterant. Apud Livium autem Decius ait *patriicum esse* qui

tim propter favorem libertatis receptum est, Pat. lib. 2. sens. 24. Potest & in universum hæc ratio dari, quod his qui in utero est quoties de comodo ejus agiur pro jam nato habetur, l. 7. & 26. d. tit.

TEXTUS.

De servitute ac manumissione facti.

1. Quam autem ingenuus aliquis natus sit, non efficit ei in servitute fuisse & postea manumissum esse, sapissime enim constitutum est natalibus non efficere manumissionem.

COMMENTARIUS.

In servitute] Aliud est in servitute esse aliud servum esse, illud facti hoc juris est. Sic aliud est in libertate esse aliud liberum esse, aliud in possessione esse aliud possidere l. 10. §. 2. de acq. post. Servus est qui iustam servitutem servit, in servitute esse dicitur qui cum servus non sit pro servo habetur, ut Pamphila in *Adria Terentii*.

Natalibus] Id est, ex obvio ingenuitatis sive nativæ conditioni quam non vitia vitia falsa servitutis opinio. Plures extant hæc de re constitutiones sub tit. Cod. de ingen. manum. Atque hæc pertinet quod Ulp. in l. si quis 21. §. 1. de capt. & postl. scribit bello civili captos & venundatos posteaque manumissos supervacuo à Principe repetere ingenuitatem, utpote quam captivitate illa non amiserunt. VINN. Quæ ratio etiam valet in filiis venundatis, vel noxæ datis & postea manumissis, Cic. pro *Cæcilio*. c. 33. lib. 1. de orat. cap. 40. Paul. rec. sent. 1. 1. necnon in obaratis additis creditor qui libertatem recuperaverant, Quintil. Inst. lib. 8. cap. 3. & decl. 321. Nam & hi non libertini censebantur sed ingenui. HEIN.

TITULUS V.

DE LIBERTINIS.

Tit. 22. Part. 4.

Summa Tituli.

Pars altera subdivisionis quæ ad libertinos pertinet; qui quales sint unde originem ducant quibus modis ad hanc

conditionem perveniant & de diversa eorum qualitate hoc titulo disputatur.

TEXTUS.

Definitio & origo libertinorum & manumissionis.

Libertini sunt qui ex iuxta servitute manumissi sunt. Manumissio autem est de manu datio, nam quamdiu aliquis in servitute est manus & potestati suppositus est, & manumissus liberatur à domini potestate. Quæ res à jure gentium originem sumit, utpote cum jure naturali omnes liberi nascerentur nec esset nota manumissio cum servitus esset incognita. Sed postquam jure gentium servitus [ingenuitatem] invasit secutum est beneficium manumissionis, & cum uno communi nomine omnes homines appellarentur jure gentium tria hominum genera esse cõperunt, liberi, & his contrarium servi, & tertium genus libertini qui desiderant esse servi.

COMMENTARIUS.

Libertini sunt] Ex Cajo in l. 6. de stat. hom. Antiquitus libertinos dicitos esse scribit Tranquillus in Claud. c. 24. non ipso qui manumitterentur sed ingenuos ex his procreatos. Ex quo loco duo præterea colligas, nempe postea eos ipsos qui manumitterentur libertinos dici coepisse, & qui ex his procreati essent ingenuos. Notant hic plerique ex Laur. Valla lib. 4. c. 1. differentiam esse inter libertinus & libertus, illud esse relativum ingenui, hoc patroni: id est voce libertini designari conditionem hominis ingenuitatis ex adverso oppositam; per libertus autem significari privatum quemdam respectum ad patronum cujus libertus non libertinus dicitur qui manumissus est. Illud leviusculum est quod ibidem Valla notat, libertinus esse adjectivum libertus substantivum. VINN. Nec tamen id discrimen semper observarunt veteres, veluti in l. 4. de just. & jur. l. 20. §. 4. de bon. liberr. l. 28. eod. si recte se habet textus. Vide Ducker. de latin. juric. vet. p. 378. seg. HEIN.

Ex iuxta servitute manumissi] Justa id est, quæ revera servitus sit, non opinione & errore tantum. Aliquando & sine manumissione dominorum servi libertatem recipiunt ex senatusconsulto aut constitutione aliqua. Exempla suppeditat tit. ff. qui sin. man. ad lib. perv. & tit. C. pro quib. cau. tero. pro præm. lib. acci. Generalius itaque definitur potuisset libertinos esse qui desiderant esse servi, ut in calce hujus

text. ex Ulp. l. 4. de just. & jur. unde reliqua hujus loci descripta sunt.

De manu datio] Reponendum ex textu Florentino de manu missio, id est, datio libertatis, d. l. 4. de just. & jur. ut brevi sermone compendio notetur definitio & nominis & rei. De manu enim est de potestate domini. Lucan. lib. 1.

In manibus vestris quantus sit Cesar habetis. Ingenuitatem] Vox hæc inducenda est, quæ nec est apud Ulpian. d. l. 5. unde hæc sumta, neque eam agnoscent Horom. Cujac. Cont. Theopil.

Communi nomine] Alias naturali nomine. Id est cum omnes homines liberi essent ut nomen rei conveniat. Plura quæ huc pertinent notavius sup. ad tit. de jur. nat. gen. & civ.

TEXTUS.

Quibus modis manumittatur.

1. Multis autem modis manumissio procedit, aut enim ex sacris constitutionibus in sacrosanctis Ecclesiis aut vindicta aut inter amicos aut per epistolam aut per testamentum aut per aliam quamlibet ultimam voluntatem. Sed & aliis multis modis libertas servo competere potest, qui tam ex veteribus quam ex nostris constitutionibus introduiti sunt.

L. I. Tit. 22. Part. 4. & L. 3. eod.

COMMENTARIUS.

Multis autem modis] Olim tres tantum modos manumittendi fuisse censu vindicta testamento, ostendit argumentatio Ciceronis in Topic. c. 2. ab enumeratione partium: Si neque censu, inquit, neque vindicta neque testamento liber factus est, non est liber. Accesserunt quidem postea & alii modi veluti per epistolam, in convivio inter amicos sed his modis manumissis plena libertas non conferebatur, Ulp. & Cajo in instit.

In sacrosanctis Ecclesiis] A Constantino constitutum est ut in Ecclesiis, hoc est in coetu Christianorum veluti in comitiis Ecclesiasticis teste populo & signatore Episcopo manumissi justam libertatem consequerentur, tit. C. de his qui in Eccles. man. Quod genus manumissionis suffectum esse apparet in locum ejus quæ olim per censum fiebat cum servi lastrali censu in campo jussu dominorum inter cives Romanos censum proficiebantur. Vide

de Sigon. lib. 1. de ant. jur. civ. Rom. c. 14. Vindicta] Virgulam esse scribit magistratus Top. Ciceronis, quam licitor jussu magistratus manumittendi capiti imponebat; æque ab hac virgula hunc manumittendi modum appellatum. Festuca Plaut. o dicitur in mil. glorios. act. 4. sc. 1. v. 19. Alii hunc modum sic dictum malunt à vindicta Vitelliorum servo qui primus dicitur vindicta liberatus, eo quod conjugationem nobilium adolescentium de Tarquinio reducendis detexisset, auctore Livio lib. 2. c. 5. Tenebat dominus modo caput modo aliud membrum servi, dicebatque: Hunc hominem liberum esse volo. Fest. in verb. manumitti, & cum dicto cum circum agebat, significans se ei potestatem facere abundi quo veller. Eo pertinent hæc Persii satyr. 5. v. 75.

... Heu steriles veri, quibus una Quiritem Verigo facit.

Et paulo post v. 78. Vervis hunc dominus, momento turbinis exit Marcus Dama.

Pluribus hæc explicans Marcell. ad d. satyr. Brissonus lib. 5. antiq. c. 11. Sigonius lib. 1. de antiq. jur. civ. Rom. c. 6. Jac. Gallus Neapol. in apicib. legg.

Inter amicos, per epistolam] Inter amicos adhibitis quinque testibus; per epistolam à domino & quinque testibus subscriptam, l. un. §. 1. & 2. C. de Lat. lib. toll.

Aliam ultimam voluntatem] Puta codicillos. Consulto autem miscere videtur justos manumittendi modos cum ceteris, quia ispe differentiam sustulit.

Aliis multis modis] Quorum plerique enumerantur in d. l. un. §. 3. & regg. C. de Lat. lib. toll. Adeant curiosiores l. nemini 21. C. de epis. audi. ritr. C. pro quib. ca. servi pro præm. lib. acc. Si manci. ita fuer. alien. Si manci. ita ven. ne prostit. & tit. ff. qui sine manum. ad lib. perven.

TEXTUS.

Ubi & quando manumitti potest.

2. Servi vero à dominis semper manumitti solent, adeo ut vel in transitu manumittantur, veluti cum prætor aut prætor in balneum vel theatrum eunt.

COMMENTARIUS.

1. **S**emper] Id est omni die sive festo sive profesto, sive fasto sive nefasto.

Tom. I.

In transitu.] Cum aut lavandi aut gestandi aut ludorum gratia procedunt prætor consul legatusve Cæsaris, l. 7. de man. vind. Neque enim necesse est pro tribunali manumittere cum hic actus sit voluntaria jurisdictionis, l. 2. de offic. præcons. & præter approbationem & auctoritatem magistratus nihil desideret.

TEXTUS.

De libertinorum divisione sublata.

3. Libertinorum autem status tripartitus antea fuerat: nam qui manumittentur modo majorem & justam libertatem consequantur, & fiebant cives Romani; modo minorem, & Latini ex lege Junia Norbana fiebant; modo inferiorem, & fiebant ex lege Ælia Sentia dedititii. Sed quoniam dedititiorum quidem pessima conditio Jam ex multis temporibus in detestandam abierat, Latinorum vero nomen non frequentabatur; ideoque nostra pietas omnia augere & in meliorem statum reducere desiderans, duabus constitutionibus hoc emendavit & in pristinum statum reduxit: quia & à primis urbis Rome cuabulis una atque simplex libertas competeat, id est eadem quam habebat manumissor, nisi quod scilicet libertinus sit qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit. Et dedititios quidem per constitutionem nostram expulsumus quam promulgavimus inter nostras decisiones, per quas suggerente nobis Triboniano viro excelso Quæstore nostro antiqui juris altercationis placavimus. Latinos autem Jugianos & omnem quæ circa eos fuerat observantiam alia constitutione per ejusdem Quæstoris suggestionem correximus, quæ inter imperiales radiat sanctiones. Et omnes libertinos (nullo nec ætatis manumissi nec domini manumittentis nec in manumissionis modo discrimine habito sicuti antea observabatur) civitate Romana decoravimus, multis modis adidit per quos possit libertas servis cum civitate Romana, quæ sola est in præsentis, præstari.

COMMENTARIUS.

- 1 Latini liberti quo jure fuerint.
- 2 Quo jure dedititii.
- 3 Antoninum ex æquitate omnes ingenuos, Justinianum omnes libertinos.

Antea fuerat] Hoc non est referendum ad tempora libera Reip. sed ad sequentia. Nam ut auctor est Sueton. primus Augustus cum servorum manumissione contaminari civitatem

F

Ro-

42 Romanam videret (quod & Dionys. Halicarn. lib. 4. conquirerit) eos multis difficultatibus à libertate justa removit, deque numero & conditione & differentia eorum qui manumitebantur curiose cavet. Hinc nata lex Ælia Sentia, hinc Furia Caninia de quibus postea: hinc Junia Norbana Sillano & L. Norbano Coss.

Cives Romani] Scilicet qui censu vindicta testamenti, non qui per epistolam aut inter amicos manumissi erant. Ulp. & Cajus in *inst.*

1. *Latini ex lege Norbana*] Qua cautum fuit ut si servi qui per epistolam aut inter amicos aut convivi adhibitione manumitterentur, non cives Romani sed eodem jure essent quo ante bellum sociale Latini coloni, quod significare voluit Justinianus l. *un. in pr. C. de Lat. lib. toll.* cum ait, *Latino* & *libertos ad similitudinem antiquæ Latinitatis que in colonias deducta est introducos esse.* Discimus autem ex Cicerone *pro Cæcilio*, cap. 34. *pro domo sua* cap. 30. eos qui in Latinam coloniam civitatem redissent, aut deducti inque eam civitatem receperit essent Romanos civitatem amississe; & hoc quoque est quod Boet. in *Top. Cic.* cap. 2. scribit, *ista in Latinas colonias profectio mediæ captivæ deminutionem contingere.* Quæ cum ita sint apparet eos neque conubiti neque testamenti neque municipii aut nexus neque patris potestatis neque tutelæ recipiendæ jura habuisse, ac proinde eadem quoque conditio Latinorum libertinorum fuit; quod etiam discrete variis in locis testatur Ulpian. in *fragm.* De Latinis libertis ita scribit Justinianus §. *ultim. inf. de succ. lib. et.* *Eos quidem ut liberos vitam peregrinæ, utantem ipso ultimo spiritu simul animam atque libertatem amississe, & quædam servorum ita bona eorum jure quodammodo peculii patrono occupasse.* Congruit l. 1. C. *Testes de pet. hered.* Quemadmodum autem Latini coloni multis rationibus ad civitatem Rom. pervenire poterant quas ex Liv. Appian. Cic. *pro Cæc. pro Balb. pro domo sua* collegit Gruch. lib. 2. *de civit. ita* & Latini liberti multis modis jure Quiritium augeri, quos recenset Ulpianus in *fragm. tit. 3. VINN.* Quædam hic non satis accurate traduntur. Nam primo non ante bellum tantum sociale erant coloni Latini, sed & postea cum jam civitas Romana cum Italis esset communicata, Spanh. *Orb. Rom.* l. 9. Deinde omnino Latinis erat jus commercii & mancipationis cum civibus. Ulp. *tit. 19. §. 4.* unde & familiaris introitus & testes & libripendes esse poterant. *Id. tit. 20. §. 8.* Denique testari qui-

dem non poterant nec ex testamento capere, Ulp. *tit. 17. §. 1.* licebat tamen eis fideicommissum capere. *Id. tit. 25. §. 6. HEN.*

2. *Ex lege Ælia Sentia dedititii*] Auctor hujus legis Augustus, latrores Sext. Ælius & C. Sentius coss. Scribit etenim Suetonius in *Aug. cap. 40.* Augustum cavisse ne *vinctus amquam torturove ullo libertatis genere civitatem adipisceretur.* Et existimare licet libertos hosce dedititios eandem habuisse libertatem quam populus Romanus Latinis illis reliquerat quos post defectionem victos & in deditioem acceptos vitæ quidem & imagine aliqua libertatis ex humanitate donaverat, sed ut jure connubiorum & commerciorum multati ad jus civitatis nunquam pervenire possent; ut sint hi quoque Latini liberti sed conditione Latinorum dedititiorum. Add. Ulpian. & Cajum in *instit.* Formulam dedititios descripsit Livius in deditioem Collatinorum & Campanorum lib. 1. cap. 38. & 7. cap. 31. VINN. Dedititios etiam Latinos libertos fuisse, legere me non memini. Eiusdem potius erant conditionis ac omnes populi dedititii cujuscunque nationis. Vid. *Caj. lib. 1. inst. tit. 1. §. 4.* Jam id monere non ex lege denum Junia Norbana primum libertinos quosdam Latinæ conditionis fuisse, si de lege etiam Ælia Sentia, eos nimirum qui minoris 30. annis testamento fuerant manumissi. Ulp. *tit. 3. §. 3. HEN.*

In meliorem statum reduxit] Non deest quod contradicere possit. Certe aliud judicium Augusto fuit, qui magni existimabat sincerum atque ab omni collusione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum; civitatemque tam parce dabat ut Livix pro tributaris Gallo roganti civitatem negaverit immunitatem obtulerit, affirmans se facilius passurum Fisco detrahi aliquid quam civitatis Romanæ vulgari honorem. Suet. in *August. c. 30.*

Duabus constitutionibus] l. *unic. C. de Lat. lib. toll.* & l. *unic. C. de dedit. lib. toll.*

Primis cunabulis] Hoc non ita dictum accipiemus quasi jam inde ab urbe condita manumissi jus civium habuerint, sed ex quo manumissi jus civitatis communicatum est (quod factum est infante adhuc populo sub rege Servio Tullio) id diu postea observatum fuisse, mansisseque usque ad tempora Augusti, arguor quæ tradit Dionys. Halic. lib. 4. p. 126. Et ergo ex illo tempore quandovis respub. stetit una liberorum omnium conditio fuit, nam omnes pari jure cives Romani erant & plena ac justa libertate fruebantur.

Libertinus sit] Jure novissimo & hoc sustulit,

lit, data ingenuitate, salvo tamen manente jure patronatus. Nov. 78.

Æliæ manumissi] Nam lege Ælia Sentia cavebatur ut servus minor triginta annis testamento manumissus non civis fieret sed Latinus esset, vindicta manumissum non aliter civis fieret quam si causa apud Consilium probata fuisset, teste Ulpiano in *fragm. tit. 1. §. 12.* De censu quid hic dicam non habeo; necesse tamen est aut hunc actum nullum fuisse, aut eum qui inter cives census esset civem factum. Itaque dubito an verum sit quod generaliter deditit Theophilus servum minorem 30. annis quoquo modo manumissum Latinum fieri. VINN. De censu nihil Ulpianus, quia ejus tempore census lustralis ab usu recesserat. Nec dubium tamen quin & censu manumissus minor 30. annis Latinus manserit; eum enim non nisi 30. annorum civitate Romana potitum esse docet *Fragmentum regularum ex veteri J. Oro.* quod Paratori legum Mos. & Rom. subjici solet §. 17. Consule Vir. clar. Schulting. ad Ulp. *tit. 1. §. 12. HEN.*

Domini manumittentis] A. Augustinus *emend.* legendum censet *dominii*, ut hoc non ad ætatem domini referatur sed ad qualitatem domini, quod & Grot. h. in *for. spars.* probat, & Theophilum ita legisse arguunt verba paraphrasis, *πῶς τὸν δεσποτῆα ἢ ἀνοδοποιῆται* (circa dominium manumittentis.) Dominorum enim alius in bonis, alius ex jure Quiritium habebat; ille Latinum faciebat, hic civem. Ulpian. in *fragm. tit. 1. §. 11.* Theoph. *hic.* Quæ differentia à Justiniano sublata est l. *un. C. de nud. Jur. Quir. toll.*

3. *Civitate Romana decoravimus*] Atqui jam multo ante omnes qui in orbe Romano essent ex constitutione Antonini cives Romanos effectus Ulp. *prod. dit. l. in orbe 17. de stat. bom.* Sed illa constitutio non pertinet ad eos qui conditione personæ, sed natali loco & patria impediabantur quominus essent cives Romani. Quæ res ut planissime intelligatur, jus civita-

tis Romane olim raro & non nisi beneemeritis civitatibus dari solitum erat. Postea lege Julia datum est sociis & Latinis omnibus qui ama deponerant. Id factum initio belli socialis. Sigon. lib. 3. *de antiq. jur. Ital. c. 1. §. 2.* Gruch. lib. 2. *de civit. Rom.* Hoc autem beneficium intra terminos Italiæ continebatur ut docet Cic. *pro Balb. cap. 21.* Progressu temporis quibusdam etiam provincialibus civitas datur; & ad extremum omnibus qui sub imperio Romano essent constitutio Antonini. Antoninus ergo civitate data exarquivit omnes ingenuos, Justinianus sublata differentia manumissionis omnes libertinos; qui novissime & libertinos exarquivit ingenuis salvo jure patronatus, Nov. 78. quod positum est in obsequio, operis, dono, mutere & successione liberorum, *tit. ff. de jur. patron. §. aliquot 1099. necnon usque ad tit. 6. lib. 38. ff. Sunt & tacite quedam manumissionis species, veluti si dominus servum sumum vatorem vel heredem scriperit aut adoptaverit, §. 2. *inf. tit. prox. §. 1. inf. qui test. tut. dom. §. ult. inf. de adopt. alique complures quas opera prelium esse aut receneret aut explicare; congensit eas Gudelius lib. 1. de jur. novit. cap. 4. VINN.* Addo (1.) Initio omnibus promissæ civitatem datam qui Romam migrabant etiam de victis genibus. Liv. lib. 1. cap. 8. Cic. *pro Balbo cap. 12.* Dionys. Halicarn. lib. 4. p. 126. (2.) Deinde & civitatibus quibusdam jus civitatis datum, easque vocatas esse municipia. Ez. Spanh. *orb. Rom. Ex. 1. 8. (3.)* Legem Julianam non sub initium sed sub finem belli socialis latam anno V. C. 664. eaque non omnibus Italis civitatem datam, sed iis qui flagrantibus bello sociali in fide manserant. Appian. *de Bell. civ. lib. 1. p. 379.* Cic. *pro Balb. c. 21.* Vellej. *Pat. lib. 2. c. 16.* Reliqui enim paulo post lege Plautia jura civitatis acciperent. Cic. *pro Archia c. 4.* præter Lucanos & Samnites qui anno 670. civitate donati. Epit. Liv. lib. 84 (4.) Reliqua omnia accurate exsequuntur esse Spanh. in *orb. Rom. HEN.**

TITULUS VI.

QUI, ET EX QUIBUS CAUSIS MANUMITTERE NON POSSUNT.

D. lib. 40. Tit. 9. C. lib. 7. Tit. 11.

Argumentum Tituli.

§ Girur quod ex superiore tit. intelligi potuit, cum variis sint manumittendi modi eadem tamen omnium vis atque effectus est ut omnes

manumissi liberi fiant & cives Romani. At enim hac manumissionis omnium exequatione nihil derogatum est legi Æliæ Sentia, quæ qui-

44
quibusdam ex causis libertatem impediētibz sed quibus ex causis illa eam impediēbat ante hanc exequationem, ex iisdem etiā nunc obstat quominus manumissi liberi fiant. Causæ duæ duobus hujus legis capitibus quæ hic proponuntur & explicantur comprehensæ; quorum primo cavetur ne quis in fraudem creditorum manumittat nisi forte servum unicum heredis habendi gratia; altero ne minoribus 20. annis aliter sui sit manumittere quam justa causa apud Consilium approbata. Et totidem ergo erunt superioris regulæ exceptiones.

TEXTUS.

Prius caput legis Æliæ Sentia: de manumittente in fraudem creditorum.

Non tamen cuiuscunque volenti manumittere licet; nam is qui in fraudem creditorum manumittit nibi agit, quia lex Ælia Sentia impedit libertatem.

L. 24. tit. 3. Part. 6.

NOTA.

Quia lex Ælia Sentia] Legem hanc latam esse Augusti temporibus indicat Dio lib. 55. p. 557. Consule inde leg. Rom. Hotoma. Conn. lib. 2. comm. c. 5. VINN. Bonæ frugis plena sunt quæ de historia hujus legis scripsit Henr. Notis, ad Cencapb. Pit. dist. 3. cap. 9. Observandum, æque hac lege impeditam esse manumissionem in fraudem patronorum. Caj. instit. lib. 1. tit. 1. §. 6. Ulpian. tit. 1. §. 15. Quod perperam de legibus XII. tabb. derivat Oiselus. HEIN.

COMMENTARIUS.

Nihil agit] Nempe ergo ita manumissi liberi non fiunt; & ratio additur quia lex Ælia Sentia impedit libertatem, hoc est liberis fieri prohibet, l. in fraudem 27. qui & à quibus man. sicut in universum quidquid lege prohibente fit ipso jure nullum est, l. non dubium 5. C. de legib. Quamobrem cum legitimæ libertates per legem Æliam Sentiam rescinduntur aut revocantur, ut in l. §. 2. d. tit. l. 1. C. qui man. non poss. hoc minus proprie dictum accipiemus, & respectu actus manumissionis, non continuo & ab initio ipso jure nullus est sed suspenditur. donec constet fraudati sint creditores necne, & si fraudati sunt utrum jure suo uti velint; nam si non sint fraudati, aut

LIB. I. TIT. VI.

fraudati jure suo non utantur, actus validus est & manumissi retro liberi facti intelliguntur, si fraudati sint & jure suo utantur, perinde habetur atque si nulla manumissio intervenisset. Quamdiu autem hæc incerta sunt, scribit Paulus, manumissos vi ipsa statu liberos esse, l. 1. de statulib. Ipse autem manumissor & heredes ejus nullo colore libertatem revocare possunt, l. 5. C. de serv. pign. dat. man. facti l. 3. qui & à quib. man. His addi potest & peculiaris ratio, quod libertas quæ semel competit non revocatur, §. remel 6. hoc tit. leg. 9. §. 1. de man. vind. Ex quibus omnibus manifestum est errare D. Pacium qui in notis marginalibus scribit, libertatem ipso jure competere sed retractari. Alia longe ratio est edicti Quæ in fraudem creditorum.

TEXTUS.

De servo instituto cum libertate.

1. Licet autem domino qui solvendo non est, in testamento servum suum cum libertate heredem instituire, ut liber fiat heresque ei solus & necessarius; si modo ei nemo alius ex testamento heres extiterit, aut quia nemo heres scriptus sit, aut quia is qui scriptus est qualibet ex causa heres ei non extiterit. Idque eadem lege Ælia Sentia provisum est, & recte. Valde enim prospiciendum erat ut egentes homines quibus aias heres exiturus non esset, vel servum suum necessarium heredem haberent qui satisfactorius esset creditoribus, aut hoc eo non faciente creditoris res hereditarias servi nomine vendant, ne injuria defunctus adscilicet.

L. 24. tit. 3. Part. 6.

COMMENTARIUS.

In capite legis Æliæ Sentia: ne quis in fraudem creditorum manumittat, nominatim additur hæc exceptio, nisi quis unum ex servis suis testamento liberum & heredem esse jussierit. Quod quamobrem à lege provisum sit mox dicitur. Heresque ei solus] Non quod necesse sit solum cum heredem scriptum esse, sed si plures scripti sunt ceteros debere, & neminem alium heredem existere ne ex secundo quidem gradu, utique libero homine substituto, l. si is qui 57. de ber. inst. nam si & alter servus secundo loco scriptus sit, solus primo loco scriptus hereditatem capiet, l. qui solvendo 60. d. tit.

QUI ET EX QUIBUS CAUSIS MANUMIT.

45

COMMENTARIUS.

tit. Quid si duo servi eodem gradu instituti? Invicem sibi obstant; ceterum altero ante apertas tabulas mortuo, is qui superest liber & heres erit, l. 42. & seq. eod.

Necessarius] Ita dicitur non quia hereditatem adire cogitur, sed quia sive velit sive nolit omnino post mortem testatoris protinus liber & heres fit, §. inf. de ber. qual. & diff. ac proinde ipso jure sicuti sui & necessarii heredes, arg. l. furiosus 63. de acq. ber. Hoc tantum interest quod prætor suis heredibus potestatem facit abstinendi ab hereditate, necessariis non item, leg. necessarii 57. d. tit. de acq. bered.

Valde enim prospiciendum erat] Ratio exceptionis satis justa, videlicet ut famæ defuncti parcatur & auctoris ignominia qua aliqui defunctus oneraretur in heredem servum potius deriveret, qui duplici de causa hoc æquo animo ferre debet; primum quia rem pretiosissimam & inextimabilem, libertatem, consequitur; deinde quia quiddam post mortem patroni sui acquirit non est obnoxium creditoribus si bonorum separationem petierit, quam impetrare potest si bona defuncti non attigerit, d. §. 1. inst. de ber. qual. & diff. junct. l. 1. §. ult. de separ. Falluntur ergo qui scribunt, servum heredem necessarium conveniri posse si is postea ad meliorem fortunam pervenerit, exemplo eorum qui bonis eesserunt, §. ult. inf. de att.

Injuria] Hoc est ignominia; quamvis enim edicto prætoris de infamibus non notetur, oneratur tamen existimatio ejus, & facti infamiam non effugit si ejus bona auctori & hæc publice subjiciuntur, cujus rei locupletem testem habemus Ciceroem pro Quintio c. 15.

TEXTUS.

De servo instituto sine libertate.

2. Idemque juris est et si sine libertate servus heres institutus est. Quod nostra constitutio non solum in domino qui solvendo non est sed generaliter constituit nova humanitatis ratione, ut ex scriptura institutionis etiā libertas ei competere videatur; cum non sit verisimile eum quem heredem sibi elegit, si pratermiserit libertatis donationem, servum remanere voluisse & neminem sibi heredem fore.

L. 24. tit. 3. Part. 6. & L. 3. tit. 3. Part. 3.

QUI ET EX QUIBUS CAUSIS MANUMIT.

Sine libertate] Non libertate nominatim prohibita sed ommissa, nulla facta mentione libertatis.

Novæ humanitatis ratione] Primus Justinianus generaliter constituit ut servus a domino simpliciter heres institutus & liber & heres fiat, Veterum quidem sed eorum paucorum sententiam secutus quæ idcirco antea non obtinebat, l. pen. C. de necer. serv. ber. inst. junct. pr. infr. de ber. inst.

Cum non sit verisimile] Nam qui vult consequens ut DD. hic rotant, & in leg. 2. de jurisd. etiam antecedens velle intelligitur sine quo ad illud consequens perveniri non potest; cademque ratione haud dubie & Paulus & Atilianus quibus jam ante hæc sententia placuit usi sunt. Verum hæc ratio aliis non satis idonea visa fuit, fortassis ideo quia cum libertas sit aliquid post mortem patroni sui hereditate, absurdum videatur per consequentiam hereditatis datæ libertatem servo descendere, rem longe majoris momenti. Rationem enim juris non pati ut id quod dignius est & magis principale a re minus digna minusque principalis vires capiat, per l. quod per manus 10. ff. de jure codicill. Constitutio Justiniani ad adscriptitios sicubi sunt trahi potest; & sic etiam si quis homini proprio, ut vocant, feudum dederit, eo ipso & libertatem ei dedisse censet D. Tulden. in comm. hic cap. 5. VINN. Fuere etiam qui & libertatem datam præsumi oportere ajunt, si quis Turcam vel Paganum baptizari jubet. Sed dicit hæc sententiam singulari dissertatione de manumissione per baptismum refellit celeb. Thomasius. HE. N.

TEXTUS.

Quid sit in fraudem creditorum manumittere.

3. In fraudem autem creditorum manumittere videtur qui vel jam eo tempore quo manumittit solvendo non est, vel qui datis libertatibus desituras est solvendo esse. Prævaluisse tamen videtur nisi animum quoque fraudandæ manumissor habuerit non impediri libertatem, quamvis bona ejus creditoribus non sufficiant saepe enim de facultatibus suis amplius quam in his est sperant homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatem eum utroque modo fraudantur creditores; id est & consilio manumittente,

Cum libertas inestimabilis res sit Aliam rationem legis **Ælia Senecæ** fuisse existimo, nempe quod servi junioribus dominis facile blandis verbis aut aliis artibus persuadere possunt ut ipsos manumittant, *arg. §. 4. sup. eod. vel propter aliquos obsequii compensationem*. Est quidem libertas res inestimabilis, & ipsi servo *ἄξιον τιμωροῦ ἀποδοῦναι* (nihil libertate præstantius), at seruum libertate donare non est inestimabile domino, cui longe plus est posse aliquem hereditatem insituere, prædium legare, quam seruo vilissimi pretii dare libertatem, licet ipsi seruo majus sit libertatem accepisse quam hereditatem aut prædium.

Ideo nos medianam viam eligentes Hinc inferunt posse quandoque judicem in ambiguitate juris vel facti rem dividere, *Cujac. 17. obs. 21. Thessaur. decis. 19. Boer. decis. 129.* Et sane causa anceps per mediocritatem optime dividitur, etiam Paulo teste in *l. filio 7. ut legat noni. cap.* Sic etiam de dominio speciei ex aliena materia factæ discussio inter Sabinum & Proculum esset, Gajus in *l. 7. §. cum quis 7. de acq. rer. dom.* medianam sententiam secutus est, eamque probavit Justinianus *§. cum ex aliena 25. infr. de ver. divo.* Et Tiberius Cæsar cum seruum ejus Parthenius tamquam ingenium heres scriptus esset cum substituto Parthenii hereditatem dividit, *l. hoc 41. de her. inst. §. ult. infr. de vulg. subst.* Videndum tamen semper est quid suadeat ratio juris.

Nisi 17. annum Jure novissimo permitti-

TITULUS VII. DE LEGE FUSIA CANINIA TOLLENDÆ.

Lib. 7. Cod. tit. 3.

TEXTUS.

Lege Fusia Caninia certus modus constitutus erat in servis testamentum manumittendis, quam quæsi libertates impediendam & quodammodo invidiam tollendam esse censuimus: cum satis fuerat inhumanum viros quidem licentiam habere totam suam familiam libertate donare nisi alia causa impediat libertatem, morientibus autem hujusmodi licentiam adimere.

COMMENTARIUS.

Certus modus Id est certus numerus definitus erat quem in manumittendo excedere

LIB. I. TIT. IV.

tur non minus libertates quam res alias testamentum faciendo re linquere ea ætate quæ testamentum facere permissum est, masculis nimirum anno ætatis quarto decimo, feminis duodecimo, *Nov. 119. c. 2.*

Pro aliis postulare Veteres ætatem 17. annorum idoneam rati sunt ad prodendum in publicum & causas agendas; argue hæc ætate & paulo majore fertur Nerva filius publicæ de jure responsisse, *l. 1. §. 3. de postul.* Est autem, si libere philosophandum est, vitiosa hæc collectio: adolescens annum ingressus 18. pro alio postulare potest, ergo & seruum suum testamento manumittere. Sunt enim hæc plane diversa. Ne pigeat in transitu discere pueros ingenuos usque ad annum ætatis 16. prætexta puerili toga usos fuisse, ingressosque annum 17. puram quæ & virilis dicitur videri: quo fere anno ad Oratorem aliquem deducebantur quicum in forum descendentes annum unum patronos audiebant, quo assiduis auscultationibus confecto causas ipsi agere tanquam jam informati & non omnino rudes instabant; funebres autem orationes etiam minore multo ætate habebantur, nam Augustus annum agens 11. pro concione aviam Juliam defunctam laudasse traditur. Sueton. in *Aug. cap. 8. Adde Car. Sigon. l. 3. de judic. c. 18. Horom. hie. VING.* Immo anno ætatis XV. expleto togam virilem sumisse adolescentes, eleganter & cum apparatu demonstravit Henr. Noris *Senotaph. Pisan. dist. 2. c. 4. HEIN.*

DE LEGE FUSIA CANINIA TOLLENDÆ.

ralitatis laudem tum maxime venantes. Pertinet hæc insignis locus apud Dionys. Halicarn. *lib. 4. p. 228.* ubi scribit: *multos se vidisse qui profusa honoris ambitione omnes servos suos testamento vel flagitiosissimo manumitterent ut piceati funus sequerentur.* Atque hic fere mos esse legislatorum ut ea sola prohiberent quæ facile fieri posse existimant, non quæ difficultes, *l. 4. in fin. ad Sen. Vell.* ubi eadem ratio redditur cur Senarus intercessionem mulieri prohiberit, non donationem; & videmus quo facilius quid fieri potest quod lex fieri non vult, eo strictius id vetaris: ideo enim lex Julia fundum dotalem alienari vetat invita muliere, obligari etiam ea consentiente, *inf. quib. alien. non lic. in pr.*

Totam familiam Id est, ut Theophil. vertit *πᾶντας τοὺς δούλους* (omnes servos). Servos enim unius domini familiam veteres frequenter ap-

pellant, ut in *tit. si fam. furt. sec. l. 9. de jurisd. l. illud 32. in pr. ad leg. Aquil. l. optio 13. de opt. leg. l. pronuntiatio 195. §. veritatem 3. de verb. sign. atque in urbana & rusticam dividunt, *l. urbana 166. eod.* Alias plerisque hujus vocis significationes habes in *l. pronuntiatio 195.**

Alia causa impediat Puta si manumissor solvendo non sit, vel minor decem & septem annis.

Morientibus adimere Argumentatio ab actu inter vivos ad ultimam voluntatem, eaque *κατασκευαστικῆ* (demonstrativa, seu preparativa) Quatenus hæc argumentatio procedat & contra, bene docet D. Præses Everard. Claud. Cant. in *Topic. & Myns. hie.* Certe non procedit si legis Fusie spectemus rationem, quæ hæc est, quod facilius in testamento manumittimus quam inter vivos, *l. 4. in fin. ad Senat. Vell.*

TITULUS VIII.

DE HIS QUI SUI VEL ALIENI JURIS SUNT.

Dig. lib. 1. tit. 6. L. 6. tit. 1. Part. 4.

TEXTUS.

Altera divisio personarum.

Sequitur de jure personarum alia divisio. Nam quedam persone sui juris sunt, quedam alieno juri subiectæ. Rursum earum quæ alieno juri subiectæ sunt alia sunt in potestate parentum alia in potestate dominorum. Videamus itaque de his quæ alieno juri subiectæ sunt: nam si cognoverimus quamnam ita persona sunt, simul intelligemus quæ sui juris sunt; ac prius inspiciamus de his quæ in potestate dominorum sunt.

NOTA.

In potestate Varia est hujus vocis significatio, *l. 215. ff. de verb. sign.* hic summam significat *ἀρχὴν ἐξουσίας*, ut definit Theoph.

COMMENTARIUS.

Proponitur hic ex Cajo l. 1. hoc tit. alia personarum divisio, sed non sine vitio. Primum quia hæc ex summa illa quæ *sup. tit. 3.* tradita est non deducitur; deinde quia de servis jam ante intellectum est eos omnes esse juris alieni, ut nihil necesse fuerit rem eandem inculcare. Rectius fecissent Compositotom. I.

res si hic omissis servis quorum omnium eadem conditio est, liberorum hominum differentias, sicut instituerant *§. ult. diff. tit. 3.* porro persecuti essent, eosque subdivisissent in eos qui sui & qui alieni juris sunt, aut potius in patresfam. & filiosfam. ut Ulpian. *l. 4. hoc tit.* Excusantur tamen, quod cum de vi & effectu dominicæ potestatis adhuc cognoscendum erat, secretas superiorem divisione personas in unum iterum coegerint.

Simul intelligimus Ratio ex hoc principio logico petenda: contrariorum cogito uno cognoscitur & alterum, Arist. *1. Top. 14. & 2. cap. 2. Cicero in Top. & 2. de orat.* Non quod explicata & cognita una specie generis divisi statim accurate cognoscamus naturam speciei oppositæ, sed quod illa cognita intelligimus cetera quæ sub genere. comprehensa sunt ad species oppositas pertinere. Nam illud tantum in universum verum est, unum oppositum alterius cognitionem juvare in eo quatenus oppositum est, quo pertinet illud Arist. *2. Rhet. cap. 12.*

τὰ ἐναντία παράλληλα μάλιστα φαίνεται

(contraria invicem opposita maxime apparent.)